Contrarietas intercedit cum Christianæ Religionis oppugnatoribus, inter quos habenda erant Reformati. Anno Christi 1529. Imperator Carolus V. Spiræ in Germania Comitia indixit in quibus recte decernit contra quosvis innovatores Religionis, nam coepta at Reformatio fieri, et inchoata erat per Zuinglium & Lutherum & alios, & quidem tam recte decernit ut demum liceat veram Religionem quæ ipsis erat Catholica innovare, contra quod decernunt Germaniæ Principibus quidam ut Dux Saxoniæ Marchio Brandeburgius, Duces Luneburgi, Langravius, Hassiæ, nec non Dux Bavariæ, scripto solemniter protestati sunt; cum tragi illi solemniter sunt protestati hinc jam ortum duxit nomen Protestantium, ut qui adhærebant in omnibus Catholicæ Religioni Protestantium nomine veniant. Tum, vel successu temporis Ao 1530. Augustæ Vindelicorum in Germania Comitia celebrata sunt in quibus Comitiis Protestantes suam Confessionem scripto ediderunt, unde erant ea Confessio Augustana Confessio vocati, a qua Augustana Confessione Lutheranismus primus Martinus Lutherus, Lutherani nomen proprium sibi capere unt vindicare. Calviniana Calvino sic vocati, per excellentiam cœperunt vocari Reformati, quemadmodum erant Unitarii circa Annum 1567 in Transylvania Abbe Julio primum sic cœperunt vocari, ex quibus patet quidnam intelligamus cum dicimus Reform. Diximus quod Deus sit Ens perfectissimum, diximus etiam Deum est Ens perfectissimum, & Deus est Spiritus seu mens, quia Corpus non potest Ens perfectissimum. Mentis seu Spiritus facultates sunt Intellectus & Voluntas, & cum intellectus Deo tribuendus qui est perfectissimus, & Deus det intellectum perfectissimum, omnia etiam sciat, & quidem non vi rerum cognitas, principia, actiones, unde

MS 125

Vnde hic Dei Intellectus extenditur ad omnia objecta, & vocatur Omniscientia. nolit enim non tantum res maximas, sed & minimas, Psal. 146. Matt. 10. nihil est occultum Deo. Heb. 4. 13. Tribuit Deo Omniscientia, nolit enim res non tantum manifestas, sed & occultas Ier. 17. 9. 10. 1 Reg. 16. 7. Prov. 16. 2. Ier. 23. 23. 24. & Dei scientia non simpliciter est scientia, sed omniscientia non tantum respectu Objectorum d. respectu etiam temporis tribuit Deo hanc scientiam, & præterita, præsentia, & futura, & in hoc tanquam Criterio perfectissimo distinguitur Idola Gentium a Deo perfectissimo. Esa. 41. 22 23. Cum itaque Deus nolit præterita præsentia illa scientia cum scilicet nosse futura singulari termino dicitur Præscientia, quâ Deus novit omnia possibilia, seu necessaria sint illa futura seu contingentia. Futura alias vulgo vocantur necessario futura, alia contingenter. Quidam negant Deum præscire contingentia, ut sunt actiones libertatis humanæ, v.g. ut Petrus v. Paulus sequenti die hoc vel illud facturi sint; & id non propterea negant quia Dei scientiæ aliquid detrahant, sed quia talia negant esse scibilia, prout qui negant Deum posse contradictoria v.g. quod bis duo sint quatuor, Divinæ scientiæ non detrahunt.

Sane Deus præscit etiam talia contingentia, ut sunt actus libertatis humanæ, Dei enim scientia est perfectissima, quæ augeri non potest, si autem Deus contingentia futura non nosset aliquid adderet. Et Deinde Deus præscit omnia possibilia, quia possibilia non nisi per Deum sunt possibilia, res enim per se non sunt possibiles, sed virtute Dei, Contingentia sunt possibilia antequam fiant, si enim essent impossibilia nunquam fierent, si autem Dei virtute sunt possibilia & Deus novit contingentia. Dices. Contingentia determinatam veritatem non habent. & præscita non possunt. R. Non habent habent respectu nostri determinatam veritatem concedo, quia non possit

MS 125

videmus nexum causarum & futura; respectu vero Dei negat, quia novit omnes hominum cogitationes, inclinationes, actiones. Contingens est nobis si v.g. Lignator excutiat securim manu sua & eadem ledat alienos, sed Deus talia novit antequam fiebant. & non sunt contingentia?

Et pater ex S. Sacra quod Deus contingentia prævidit, quia prædixit. Gen. 15. 13. 14. Esa. 53. 1. Dan. 9. 26. Matt. 26. 24. & 54. Luc. 20. 17. 18. 19. Joh. 6. 65. 67. 72. Conf. etiam alia loca, ni quibus etiam alii videntur quædam futura contingentia prædicere. Act. 20. 29. 1 Tim. 4. 1. 2. Thes. 2. 3. Luc. 17. 26. Si vitiosi homines possunt de futuris contingentibus aliquid certi non casu prædicere, an Deus omnia, quæ novit?

Dices: Si datur talis præscientia futurorum tollitur libertas actuum humanorum, quod enim Deus præscit id non potest non fieri, quia Dei scientia falli non potest. Si non potest non fieri, & actiones non liberæ erunt futuræ?

Re Præscientia Dei non tollit libertatem actionum nostrarum, quia licet Deus prævideat tanquam liberè futuras, & Deus sic prævidet quomodo aliquis determinat suam voluntatem, sic ut non propterea peccat quia prævidet, sed quia Deus inclinationes prævidet. sicut prævidet tres v. illas actiones. Sic Astronomi prævident eclypses non tamen sic sunt eclypses quia prævidentur, sed quia sunt rerum causarum, Sic & præscientia Dei non necessitat hominum actiones, d. Dei scientia id scit, quod futurum est. Dices; Sic Dei scientia dependebit a rebus, non vero res a Dei scientia? R

Hæc scientia posita, tamen manet dependentia omnium rerum a Deo, quod autem Deus res suis rebus non sciat, id minime non est, nam; Omnis scientia præsupponit aliquam realitatem, illa ergo realitas est causa suæ quia Deus non concipit & non efficiebat, v.g. ut Deus me cogitascat oportet ut existam, si non sim Deus non concipit

cipit me existere, tamen ve
Dixerunt quod Deus sit spi
potest Intellectum & Volun
Deo Intellectum & Volunta
Voluntatem contradistincte,
nam Deus ab omni æterni
non tamen Illi omnia fie
Ergo operationes & res non
subinde. Psal. 2. 6. 114 &
non distinguit ab ipsa Dei
scientia Dei? R.
eamam rei, & hæc unum
alia formalitate concipimus
mus finiti, & omnia Dei ac
ti, sic in mente eadem est
sed sub diversis conceptibus re
causa rei, non sequitur ut sci
rei. & non sequitur etiam qd
quia Deus sunt futuræ?
Reformati dicunt
quod Deus ab æterno omn
dorem enim rerum existiman
illa res fiebant. quas Deus
decrevit fierent, ita ut Deus
Turretinus part. 1. loco 4.
Re Hæc scientia aut præ
scientiam aut non. Si præ
spiendi modus sive prius est

MS 125

cipit me existere, tamen vltis a Deo dependeo.

Diximus quod Deus sit Spūs v. mens, & quod mens duas habeat facultates Intellectum & Voluntatem. Jam si abstracte consideremus in Deo Intellectum & Voluntatem. & si autē scientiam consideremus ad Voluntatem contradistinctè, scientia non est causa rei, sed Voluntas, nam Deus ab omni æternitate sicut quæ sunt & quæ futura sunt, non tamen vult omnia fieri, sic nolit peccata fieri, tamen ō vult. Ergo operationes & res non tam scientiæ quā Voluntati Dei sunt attribuendæ. Psal. 3. 2. 113 & 134 & 147. Dis: Atqui Voluntas in Deo non distinguit ab ipsa Dei scientia. & si Voluntas est causa rei etiā scientia Dei? R. Quos non negamus scientiam etiam esse causam rei, & hæc unum atq; idem est, dicimus tamen quia sub alia formalitate concipimus Voluntatem a scientia, quia nos finiti, & omnia Dei attributa non possumus concipere. per partes, sic in mente eadem est facultas quæ affirmat, negat, dirit, vult, sed sub diversis conceptibus repræsentamus. & licet Voluntas sit causa rei, non sequitur ut scientia abstracte considerata sit causa rei. & non sequitur etiam quod propterea sint res quia Deus præscit, sed quia fiunt sunt futuræ.

Reformati dicunt Præscientiam Dei fundari in Decreto, quod Deus ab æterno omnia ordinate antegressa prescierit; futuritionem enim rerum existimant fieri non nisi ex decreto Dei, ita ut illa res fiant quas Deus decrevit fieri, nulla vero quas Deus decrevit fiunt, ita ut Deus omnia quæ sunt præordinate consequatur Turretinus part. 1. loco 4. quæstione 2. articulo tertio.

Rc Hæc scientia aut præsupponit illi decreto & præordinationi scientiam aut non. Si post: absurdum est dicere, nam nostro concipiendi modo dicere prius est quam velle, Ignotin. nulla cupido. Si pri

MS 125

Si prius. huic etiam patebit quod non scientia est causa rei sed voluntas, quia antequam Deus praordinavit fieri scivit, rei vero non propterea futura quia praescit, sed quia voluit ea futura fieri. Non negamus tamen nos quod omnes actiones vivo et hominis in ea et operari deprehendant a Deo, Deus enim dat, dirigit, subtrahit et impedit vires, cum et sic det vires etiam usum istis viribus permittit. v.g. Si creditor dederit alicui 100. fl. non poterit ille qui accipit uti nisi prius accipiat, sed postquam accepit in ipsius est facultate dilapidare, et uti prout vult.

Deinde 1. Deus via decretiset omnes hominum actiones, etiam malas nullus homo peccaret, quia non est major excusatio culpae quam inevitabilis necessitas, si vero Deus praedestinavit fieri jam necessario peccarent, et sic Deus esset author peccati. Cum enim Deus peccata hominum ab aeterno praescivit, et ex hypothesi illud praescitum minime praeordinationi divinae, sequitur quod et peccata fuerint praeordinata, quia erant praevia.

Hoc quidem non negamus quod Praescientia Dei aliquando significet Decretum divinum, prout et apud nos Decreta alias vocant Plebiscita, Scita, via et praescientia Dei in S. Sacra accipitur pro Voluntate, Decreto, 1 Pet. 1.2. Rom 8.29. C. 11.2. 1 Pet. 1.20. Act. 2.23. hoc tamen non semper fit, ac proinde quia tantum aliquando accipitur via, Scientia non Decreti non esset confidenda. Objiciunt loca in contrarium Act. 2.23. C. 4.27.28. Ad In istis locis illud Dei consilium vita est intelligendum, quod Deus personas decrevit et deputavit, quae personae Dominum occidant, sic enim Petrus Apostolus non accusasset illos sed excusasset, frustra erant Cap. 4. orassent Deum propterea si decrevisset. Sermo ergo est de illa traditione hic loco, quod Deus decrevit quod filium suum Judaeis ad tractandum traderet, prout vellent, hoc itaque consilium non fuit effectivum ut dicit, sed permissivum, ut tractent Judaei prout volunt. legimus enim quod voluerunt saepe Christum occidere sed non potuerunt, quia nondum erat tempus, ut postea occiderunt

sed adjecta hora traditionis
genus humanum, sed non
illa potestate absolutam, p
Etiam locus Act. 4. 27. 28.
runt vere in civitate
Pontius et populi Israël
exitii facere quae manus

III. Hinc Reformati dic
clem. Vitio dicunt: V
dubie aliquid vult fa
vult, potest ejus volun

Efficax Voluntas est
Dei Voluntas id omne
sic prout vult; sed aliqu
vis, aliquando cum libert
vis liberis, ut sunt homines
ra instrumenta, etiam il
vitaque illi resistere, et tam
ut vult, quia Deus condi
Lis: Rom. 9. 19. dicit:

In isto loco tertio est de v
vult, et ad istum effectum
creatis (velum tetendit. P
tes quando Deus aliquid
saepe restiterunt Confer.
30. Act. 7. 52. 53.

Reformati negant
et Conditionatam

MS 125

sed adveniente hora tradidit Deus. Decrevit Deus ut Filius mortem redimeret genus humanum, sed non decrevit ut omnes. Unde Judæi id fiat, & Judæi illa potestate abutebantur, quia non ex fide credunt quo Deus propositum. Etiam hoc Act. 4. 27. 28. a quibusdam tali hujusmodi exponitur: Convenerunt vere in civitate ista ~~adversum~~ Herodes & Pontius Pilatus, cum Gentibus & populis Israël adversus sanctum puerum tuum Jesum quem unxisti facere quæ manus tua & consilium tuum decreverunt fieri.

III. Hinc Reformati dicunt, omnem Dei voluntatem esse efficacem. Unde dicunt: Voluntas Dei efficax est, quando absolute aliquid vult facere, sed quando a nobis aliquid fieri vult, potest ejus voluntati resisti.

Efficax voluntas est quæ effectum habet, & actioni demandat, Dei voluntas id omne facit quod vult, & quicquid Deus vult id fit prout vult; sed aliquando Deus operatur sine instrumentis liberis, aliquando cum liberis. Quicquid Deus vult fieri sine instrumentis liberis, ut sunt homines nemo impedit, sed quando adhibet libera instrumenta, etiam illis instrumentis aliquid permittit, possunt utique illi resistere, & tunc etiam Dei voluntas effectum habet prout vult, quia Deus conditionate vult.

Quis: Rom. 9. 19. dicit: Voluntati ejus quis resistit.

In isto loco sermo est de vista Dei voluntate, qua Deus aliquid efficere vult, & ad istum effectum tuam omnipotentiam adhibere vult, ut amore creatis coelum terramque. Psal. 114. Esa. 55. 10. 11. Sed illi Dei voluntati quando Deus aliquid præcipit et a nobis fieri vult, homines sæpe restiterunt, confer. Esa. 65. 12. c. 66. 4. Matt. 23. 37. Luc. 7. 30. Act. 7. 52. 53.

IV. Reformati negant proprie absolutum Decretum in Deo & conditionatum dari. Unde affirmant. Deinde

MS 125

Decretum aliud est absolutum aliud conditionatum. Absolutum est in quo nulla conditio est inclusa a cujus impletione executio suspendatur. v. g. Deus omnes vult mori. Conditionatum est in quo ab alicujus conditionis impletione vel omissione executio suspenditur. v. g. Cïrus vel servus mori est decretum conditionatum ut ex quinto Prae: patet. Alias conditionatum decretum vocant Voluntas conditionata. Absolutum autem decretum Voluntas absoluta, alias Decr. Abs. Vocant Voluntas Antecedens, Conditionatum Decret. Voluntas Consequens. Antecedens voluntas est qua homini quam Deus nullâ causâ extra se movet. v. g. vult Deus omnes homines voluntate antecedente salvare. 1. Tim. 2. 4. Voluntas vero consequens est qua requirit hominum actiones, & hoc modo tantum fideles vult salvare, quia tantum illi praestitere unt conditiones Joh. 3. 16. Sic itaq; Voluntas Antecedens & Consequens idem aliquando pro sunt quod Decreta absoluta & Conditionata.

Reformati tanquam Praedestinationis Patroni negant in Deo dari conditionata Decreta, sed patet ex locis S. Sacra in quibus Deus conditiones requirit. Gen. 4. 7. Exod. 19. 5. Num. 14. 24. 1 Reg. 2. 30. Esa. 1. 19. 20. Jer. 18. 7. 8. 2. Joh. 15. 10. 14. Rom. 8. 13. Cap. 10. 9. 2 Tim. 2. 11. 12.

Dices: Conditiones istae non sunt in Deo sed in rebus. R. Objicit quod Deus conditiones requirit in rebus, hinc patet quod Deus has conditiones salvat hos 1 Par. 16. 16. Deinde cum Deus aliquid facit divinum est Deum id velle ita fieri; cum ergo Decreta ejus effecta saepe cessant illa Decreta quae cessant requirebant conditiones, quia cessantibus conditionibus cessat decretum. Luc. 7. 30. C. 13. 34. Matt. 23. 36. Num. 14. 30. Gen. 15. 16.

Objectio. Sic ita q; Decreta Dei mutari possunt. Ergo & immutabilia.

R. Decreta Dei sunt immutabilia, conditiones autem non mutant decreta.

MS 125

crevum, quia sub conditione factum est. & decretum est immutabile sic
si lex sit data, quod qui hac hora comparuerit premium feret qui autz
non, poenam, lex non mutat.

Objectio. Dato hoc & posito conditionato decreto Dei Voluntas suspe-
ctat a conditione, & Dei Voluntas dependebit ab hominibus, quia Deus
expectat conditionem? Ro. Homo potius dependebit a Deo, & non
Deus ab hominibus, quia Deus potuit conditionem & non homo. Pater fi-
tas sine filiatione non potuit concipi, non tamen Pater dependebit a filio,
Dominus non est sine relatione ad servum, non tamen dependet Dnus a
a servo, sic etiam licet Deus expectet conditiones non tamen depende-
bit ab hominibus, sic Paterfamilias expectat fructum vineae arbor,
non tamen dependebit ab illis fructibus. & ex his patet quod omne
decretum non sit absolutum, sed datur & tale quod sub conditione decre-
tum fuisse, ut dare vitam longaevam. Haec tamen sententia de
Decreto conditionato respondet est fructus Praedestinationis, quia vo-
luit Reformati quod Deus praedestinavit omnes homines vel ad
salutem vel ad damnationem sine respectu conditionum.

V. Reformati distinguunt Voluntatem Dei in Voluntatem
Signi & Beneplaciti, dicunt q: Quod Deus hac voluntate
se velit, illa contrarium revelat: Vnitarii negant hanc
distinctionem. rejiciunt.

Dicunt Reformati quod Voluntas Dei sit duplex, alia Voluntas
Signi, alia Voluntas Beneplaciti. Voluntatem beneplaciti alias vo-
cant Voluntatem Decreti, prout etiam Voluntatem Signi alias vocant
Voluntatem Praecepti. Alias etiam ita efficiunt hanc distinctionem
quod alia Voluntas Arcana, alia Revelata, Arcanam vocant Voluntatem
beneplaciti, Revelatam vero Voluntatem Signi ~~beneplaciti~~.
Nos quod attinet dicimus & concedimus dari in Deo Voluntatem revel,

MS 125

Revelatam & arcanam suo sensu; nam Deus omnia quæ vult nobis non revelat, ergo hactenus concedimus in Deo dari Voluntatem arcanam, sed eo sensu quo volunt accipere ut una tantum Voluntatum sit alteri contraria negamus, ut scilt relicta & posita Dei Voluntate Arcana quæ Voluntate Revelata vellet, v.g. vult Deus resipiscentiam Reprobi Voluntate signi non vero voluntate Arcana, quia olim eos destinavit ad exitio. Unde quidam ex ut hanc sententiam magis plausibilem reddant, istam Voluntatem signi tantum abusive vocant voluntatem, & non vocant voluntatem veram nisi effectum sortiatur.

Sed hæc vix possunt conciliare quod distinguunt voluntatem præcepti & beneplaciti, nam omnis Dei Voluntas Dei est voluntas beneplaciti, quia Deo omnia placent. ut patet Rom. 12.2. ubi idem est de Voluntate beneplaciti. ac Eph. 5.10. Et quis unquam dicat, quod illa Voluntas qua Deus revelat, non sit voluntas beneplaciti, seu propria, an ergo scriptura S. non vocat Voluntatem Dei.

Si hæc sententia procederet nullum esset peccatum, quia nemo impingeret in veram Dei voluntatem, aut nullus daretur reatus in pietate, quia ex voluntate revelata non constaret quid Deus velit, itaq; ubi non constat voluntas divina non est ratio in pietate. & si Voluntas præcepti non est vera, imo est contraria, Deus nobis de salute ô revelasset suam Voluntatem, nec sane in Deo talis duplex Voluntas ergo contraria concipi potest. Quæres, Unde scis hanc duplicem Dei Voluntatem? Ex revelatione non quia hic non est Voluntas Arcana sed revelata, nec potest Deus hic & ibi esse contrarius, ut aliud apud se decernat, aliud nobis revelet de salute nostra. Insuper quis neget quidem Deus mandat dilectionem sui, vere nihil vult ex Voluntate Decretiva a decrevit ut toto corde tota mente diligamus.

Excipiunt & asserunt exempla Abrahami & Pharaonis. In Gen. 22. Abrahamo videmus quod Deus Voluntate Arcana Voluntatem non occidendi filium, sed voluntate Signi præcepit occidere. & deinde Deus

MS 125

duplex Volunter. Quero. Unde scij istam Arcanam Voluntatem in Deo, qua
voluit ut Abraham occideret Filium? Ro. Deus revelavit, Ergo revela-
ta Voluntas arcana non est contraria, & quia revelavit contra te est, quia
revelavit ipsi ut ne occideret. Et licet multa in Deo sint arcana, sed
quæ nobis voluit revelare ea antea fuerunt arcana, sed jam quia revé-
lata non sunt arcana, & Deus quæ occulta sunt ~~Deus~~ per operationes
& externa signa revelat, unde Abraham dicit vivi Dei obedi-
se, ceteri hoc Abrahami res fuit tentatio, & ex hoc duplex voluntas non
potest colligi.

Alterum exemplum est Pharaonis ubi dicunt quod Deus præcepit Pha-
raoni ut dimitteret populum, sed occulte voluit, quia induravit cor ejus
Exod. 7. 5. 6. & Sane Deus voluit ut dimitteret populum Pharao,
ergo gratis assumitur quod Deus noluisset ut dimitteret populum, ubi
patet ex eventu, quia Deus effecit ut dimitteret populum. Indura-
vit autem Deus cor Pharaonis, lextate plagæ, quæ propter duritiem
Pharaonis & impenitens cor eos inducere non poterant ut dimitteret
populum, Pharao autem indignus fuit ut primis tribus plagarum im-
mitteret ut ad frugem melioris reducerd, & propterea Deus plagarum
gravitatem resecavit ad finem.

VI. Reformati dicunt decreta Dei esse ipsum Deum: Vitasb
dicunt ee actus Divinæ Voluntatis.

Hæc difficilis et Philosophica quæstio plus laboris ingenio ex-
utilitatis suppeditat, ceterum ut magis expedire possimus Not. 1.

Nota imo. Cum Deus sit Ens perfectissimum v. malis perfectis-
sima, sine dubio Deo tribuendus est Intellectus & Voluntas
Intellectus in Deo si abstracte consideretur non est res principium
actum, quia ~~Deus~~ rei quas Deus facere potest non propterea fa-
cunt quia Deus intelligit se illas facere posse sed quia vult

res illas fieri, propterea fiunt,

& Voluntas Dei abstracte considerata est primum activum rei, non tamen true actus, quia Deus non per aliquid efficit aliquid velle, nisi se intelligat velle, et considerans hoc eius rei, ideo determinet ad aliquid faciendum.

2. Nota. Ista voluntas, cum Deus sit ens perfectissimum, est perfectissima in Deo, et talis voluntas qua quicquid vult potest producere. Cum perfecta est haec voluntas, & datur in Deo tam absoluta potentia qua quicquid vult potest facere, sed haec potentia non est distincta a voluntate aliquid faciendi, sed est voluntas naturalis, quando antecedat eadem voluntas ita ut se cum effectu determinet ad aliquid faciendum.

3. Quamvis talis naturalis potentia Deo sit tribuenda, non tamen de- ut necessario et actu facit quicquid facit, et sit quaecunque sunt possibilia o propterea sunt futura, quia sunt possibilia, sed quia Deus vult ut fiant, quia illud tantum est futurum quod vult, esse rem nisi Deus vult ut fiant sunt mere possibilia. v.g. ut Paulus haec liberos videre possit. Talis vero est haec Dei potentia, qua Deus plura se facere quam facit. v.g. posset mihi majorem capacitatem dare, sed non vult. & absoluta potentia illa tantum finit quae vult.

4. Quae tamen Deus facit non necessario facit, nec voluntate sua determinat. Illa enim necessitas esset vel ex natura rei, quia nulla res necessario existit. Nec ex natura causae Dei, quia Deus in se est sufficiens, non necessario indiget, quia Deus est perfectissimus et ad illam perfectionem implendam nulla alia re indiget, nam illud quod est necessarium pertinet ad existentiam Dei, Nulla res extra Deum pertinent ad essentiam Dei, quia ego clare et distincte percipio existentiam Dei sine aliis rebus.

MS 125

alij rebus. & nulla res sint necessaria præter Deum, et si Deus necessario velle ⁊ res, vel aeterna essent cum deo, quia Deus semper necessario voluisset; vel Deus non fuisset perfectissimus, cum illa res nondum esset, et non est naturalis nexus inter Deum et alias res, talis utiq; necessitus operandi Deo non competit perfectissimo extra se.

5. Hæc Voluntas Dei cum se libere determinat ad aliquid faciendum, illa vero libera voluntatis determinatio quia unus et simplicissimo actu statuit circa se aliquid producere vocat Decretum, quod Decretum in S. Sacra Variis nominibus venit, vocatur propositus gratiæ definitio, vel aliqua Predestinatio Rom. 8. 29. 30. vocatur prognosis id est Præscientia 1 Pet. 1. 2. vocatur prothesis, quæ præcedanea aliqua dispositio Eph. 1. 11. vocatur Eudoxia v. beneplacitum Mat. 11. 26. Eph. 1. 5. vocatur Consilium. Esa. 46. 10. Luc. 7. 30. unde Deus ⁊ operari secundum consilium voluntatis suæ, quæ ipsi etiam respectus fieri ad homines sapientes, cum Deus consilium dicitur nisi. homines enim sapientes antequam aliquid decernant consultare aliquid volent, hoc tamen Deo proprie non convenit, quia omne consilium præsupponit præcedaneam aliqua imperfectionem.

Deus unico et simplicissimo actu se videt, attribuit tamen Deo consilium ut eo magis ostendatur summa Dei independentia, quod omnia quæ agit et quæ sunt non nisi ab ipso dependent, et quæ agit nulla alia ratio assignari potest quam quod velit libere et non dependenter velit.

6. Sexto ergo ista Voluntatis Divinæ libera determinatio, non est aeterna ut Deus est aeternus. Sic: Decreta Dei non sunt ita aeterna prout Deus, quia præter eam Dei nihil est ita aeternum ut Deus. Diximus autem quod ista decreta non pertinent ad essentiam divinam quia non necessario decrevit. Non sunt ita [illegible] ut Deus. quia

MS 125

quia Deus est absolute aeternus, absolute vero ea et non necessario
prægnant. Decreta non necessario existunt quia Deus libere determi-
natit suam voluntate. Deinde quando dicimus decreta de
dicimus quia potuit Deus decernere et non decernere, hoc vel illo modo
decernere, quia Deus libera, et hic semper præsupponimus et præsu-
pimus decretis aliqua potentiam, ipsum potuit aliter decernere.
Et concipiendum est decretum post Dei essentiam, prius enim est Dei es-
sentia, Quando enim prostemur concipere Deum ea libertate
ante res creatas, si non fuit ante decreta. Verissimum est quod
concipere non prostemur Deum tempore, non priore decretis, quia
ante res creatas nullum fuit tempus, sed tamen concipere non pos-
sumus quod non fuerit ante decreta. Quæritur:
Si Deus prius est decretis, quando ~~fuit hoc~~ decretis? R. Non scio
hoc solum tamen scio, quod tunc decrevit quando placuit. Ligne-
rat. Quam diu fuit hoc decretis? Nego, scio tamen quod ante res
creatas nulla fuit temporis idea et mensura. Objecto.
Sic dabit in Deo mutabilitas, quia ex non decernente factus est
decernens? R. Et quando fuit amplius non decrevit, an forte
mutatio in Deo. Deinde quero an Deus hodie intelligat res vel
non? R. intelligit. Ergo Deus res istas non semper intellexit præ-
sentes sed futuras, quia antequam non fuerunt non intellexit, an ergo
Deus ex non intelligente factus est ~~non~~ intelligens? Cum Deus mundum
creavit Deus ex non creante factus est creans, an ergo facta est mu-
tabilitas? R. hæc creatio et continua emanatio non fuit in Deo
mutabilitatem, quare etiam decretum non fuerunt ab æter-
no fuerint mutationem? Deus non mutatur seu operetur extra
se seu non, sed potius est perfectio summa, quia liberrime ad actio-
nes, quicquid vigis ex summa perfectione sequitur illud est perfectio
7. Illa

MS 125

Illa Dei voluntas quæ constituit Dei essentiam distincta est abeius-
dem voluntatis libera determinatione ad res extrinsecas producen-
das, et cum hæc determinatio sit libera, non pertinet ad Dei essen-
tiam, nec idem est cum Deo, ∴ Decreta Dei non sunt ipse Deus.

Objectio. In Deo ēē intelligere et velle non distinguuntur. Et voluntas obj
est determinata pertinet ad essentiam Dei. Ergo est Deus. Rx Hic
non de ea voluntate quæritur quæ constituit essentiam dei, sed de
voluntate libera, et ex ista determinatione relatio oritur ad res cre-
atas et Deum, quæ nihil mutat, quia præsupponit ēē vel non esse.

2j Dij: Nihil est in Deo quod non sit ipse Deus? Rx Hæc objectio
ex dictis facile diluitur, nam per decreta nihil aliud significatur relatio
ōnis voluntatis ad res creatas. Hinc patet quod sint illa distinc-
to, Decretum vel est substantia vel accidens? Hoc tamen ō
negamus quod multa latere nos possunt quæ in Deo sunt, et
ipsis etiam decretis quæ nos non assequimur ratione, nempe quum
de re futura aliquid decernat, non intelligimus, quid sit Deus est
simplicissimus actus, et in Deo aliud atq; aliud concipere ō possu-
mus. Nec est hic proprie dictum decretum in Deo, sed aliquid
simile, hic itaq; inutilis est Disputatio an decreta Dei sunt ipse
Deus? Nostro sane concipiendi modo Decretum a decreto differt.

3 Dij, Deus n. necessario existit, d. p. hinc set Decreta ~~publicare~~ de-
cernere vel non. Quis dicet Decretum de salvando humano ge-
nere et de Filio mittendo ēē Deum. Et itaq; aliquis Decreta
habeat pro Deo, an hoc erunt Dii quia Decreta, et hinc de de
cretis, sed de Deo disputet. Et tamen adhuc nimirum Decreti in-
telligat Deum. An Deus ejus erit Decretum, quis unquam dicere sit. Et
hæc de obscura et Philosophica magis quæ Theologica quæstione. In Decreta

Dei N. Dij.

MS 125

§. Reformati dicunt Deum Innocentes creaturas æternis cru- VII.
ciatibus subjicere poste. Unitas negant.

Questio est an Deus Innocentes creaturas æternis ✠. inutilis est Questio, nam tantum talis est, an Deus Cœlum subvertere possit? tales vtiq; Questiones quantum fieri potest cavendæ, et landandi sunt viri qui talibus Questionibus se abstinent, ut jubet Paulus abstinere questiones quæ non ædificant. 1 Tim. 1. 4. 5. ✠. 2 Tim 2. 23. Tit. 3. 9. Nihilig; est propterea, quia est mistar Idea Platonica, et hæc questio ex revelatione sua est decisa, quod Deus innocentes creaturas non sit cruciare, ut vera tamen est hæc Questio ut sit Patrona Prædestinationis. Tamen ut de hac Questione aliquid nobis innotescat. adtendum est aliquid.

Hæc sententia repugnat justitiæ Divinæ, et maxime postquam ex Verbo suo jus dedit, repugnat id negare quod promiserat, quia justitia est dare jus suum cuiq;. & Deus innocentes creaturas non ✠ æternis cruciatibus subjicere Dices:

Non repugnat, quia si suis potest per bonum suum variis calamitatibus mitem, mansuetum subjicere, non repugnat eum in æternum subjicere? R. Multum diversa est ratio, nam illud subjectio calamitatibus, sit bono ipsius, non malo, et sæpe sine materia ✠ etatis, et majori bono compensabili, sed vita æterna. ✠ æternis cruciatibus quis suis nisi malum ipsius, nisi et prætextet tales nunquam nasci ut Deus Christus dicit:

Dices: In hoc Deus absolutum Dominium exercet? R.
Et ex alij causis potest absolutum Dei Dominium exerceri, quia Deus tali illustratione non indiget ad hoc demonstrandum, quod bonus

MS 125

gum bonitate & misericordia hæ dominium tolet temperare.
Et quid esset majus crudelitatis signum, quam nulle & merito
Innocentes summo malo afficere. Quin etiam videt & S. Scra
quod Deus malis meritibus propter suos electos parcus pepercit. Ergo
ergo innocentes æternis cruciatibus subjicere, & maxime cum
hæc actio sit Judicis, Judicij n. non est innocentes torquere, &
debet unicuiq; juxta merita reddere sua, & hæc de attribu-
ere non licet. Dices: Toti quanti Dei sumus, & prout u-
nus quisq; re sua uti & abuti & cum Deus ut Dominus nobis-
cum ſt agere quod velit, & æternis cruciatibus subjicere. R
Potest unus quisq; uti & abuti ira ut irrationali, rebus carib,
ut prædia &. Sed aliud est negotium cum creaturis rationalibus
ut cum liberis, famulis &. aliud cum irrationalibus. Cum itaq;
nos simus Dei rationabiles creaturæ. & ita tractet ut rationa-
biles creaturas, quæ rationis sensum debent, & capiatis. & vult
ita tractare tanquam qui sentiunt debere &. Sic itaq; pro re-
atio est quasi tacitum aliquod pactum, quo Deus obligavit se
quod velit nobiscum agere tanquam creaturis rationalibus. Et
cum Deus nos creavit de tot ipsa quod cum ratione nostra conveniat
Deinde cum creavit rationale, creavit legi subjectum, quia in di-
ctat legem naturæ. & licet pactum per Christum ò esset, tracta-
ret tamen nos tanquam legi subjectos. Quid agit lex? Bonis
præmium, malis pœnam ſt dare soles. Peccatum & pœna Prelata,
Et ubi ò est peccatum nisi pœna, & innocentes creaturas æternis cru-
ciatibus subjicere posset. Hoc dicimus quod hi in
theoria consideremus perfectiones Divinas, hæc non competit illi quod inno-
centes creaturas æternis cruciatibus posset subjicere. Dato tamen
pe
pe

MS 125

per impossibile quod Divinis perfectionibus non repugnet id, gratia tamen per Iesum Christum repugnat, et penitus extinguit.

§. Reformati dicunt vitæ terminum immobiliter esse constitutum cum omnibus vitæ et mortis circumstantiis: Unitarii dicunt Deum accelerare v. retardare juxta merita cujusq; opera. VIII.

Quæstio est, an humanæ vitæ terminus cum omnibus circumstantiis, modis tempore, loco, via finis sit unicuiq;, ut illum terminum transgredi non liceat, v. an Decretum sit quod singuli hominum, hoc loco, hac hora, hac circumstantia et modo moriantur?

1. Ut itaq; hæc Quæstio magis expediri possit Observa 1mo quod Deus constituit certam aliquam sphæram vitæ humanæ, quam voluit vitam humanam circumscribi; illa autem sphæra est, 70. vel 80. annor?, ubi Psal. 90.10. patet. via tamen ut Deus tibi reservaret illam libertatem, ut istam sphæram possit dimittere, ut non sit necessarium unicuiq; 70. aut 80 annos attingere, vel augere ad 100. 120. Exod. 6.8. sic habemus in Moyse exemplum Deut. 34. qui 120. annorum erat. Primi quidem Parentes plures vixerunt annos, d. jam nostra ætas circumscripta est præter propter 90. annis.

2. Obs. Deus constituit certum temperamentum, ut vivere possint, vel citius morianter, sic in juvenibus aliud est temperamentum quam in senibus, quia ordinarie juvenes dicimus posse mori, sed senes ita sunt dispositi et ejusdem sunt temperamenti ut die annis: Impossibile est tenerum diu vivere, quin eram in certis hominibus certum temperamentum, ut plurimum possint vivere quam alii, contra autem videmus quosdam aliquot annos vix posse attingere. Et dedit Deus certum temperamentum, salvâ tamen manente ejus libertate, et Dominio, ut si qui sint infirmo temperamento Deus possit facere ut citius

MS 125

ut dictum sciant, alios autem qui bene sint temperanter vite prestitue-
re propter causas sibi cognitas. Et Quia eiam hominibus dedit ~~vite~~
~~dictum~~ rationem, ut sobrie vivendi ratione se conservare aut destrue-
re possint. Licet ergo Deus constituerit alignam sphceram vite hu-
mane, et dederit tempus tamen ut per longaevitatem vel decurtationem
vite maximam hec rationem prudentie et imprudentie, pietatis et im-
pietatis. Deinde non tantum modo vivendi rationem habet, sed etiam pieta-
tis et obedientie, sepe enim prestat quibusdam hominibus vivere quam mo-
ri, quibusdam autem mori quam vivere. ut Esa. 57. 1. 4 Reg. 22. 20.
Diximus quod Deus semper sibi reservet dominium, et quod rationem
habeat pietatis et impietatis, quod patet Exod. 20. Eph. 6. 2. Exod.
23. 25. 26. Psal. 90. 16. 3 Reg. 3. 14. Prov. 10. 27. Sic ergo facta est promis-
sio longevitatis, sed si fuisset decretum de termino vite inviolabilis esset
promissio, nam promissio vite hec locum, ubi ea amplecti vel non am-
plecti pt, et contra pronti pij longevitatis promissio facta est, ita
impijs comminatus est deus. Deut. 30. 19. C. 28. 29. 4. Psal. 54. 24. Psal.
101. Dices: Deus dicit diminuere dies alicujus comparate ad alios
quod plus vivant, aut comparate ad proprium cujusq; tempus, quod ali-
plus vellent vivere, et sic cum Deus talia promittit, tantum salvatur.
R. si hec objectio procederet sic omnium vita decurtaretur, quia mul-
tus hominum est qui nollet vivere, sunt quidam tales quos tedet vi-
te, sed si jubeat Deus mori indicas vita tamen perexit. Ex pro-
missis et minis patet quod terminus vite non sit immobilis.
Sed patet etiam ex exemplis quod Deus quorundam vitam ob pie-
tatem prolongaverit, quorundam autem ob impietatem abbreviave-
rit, patet in Ezechia. Eccles. 38. 10. Vide hic et 4 Reg. 20. sic.
et ex exemplis Ninivitarum Jonae. 3. Jer. 18. 7. 8. Habe-
mus etiam vite abbreviate exempla. Pet. 6. 6. 7. Num. 14. 23. 1 Cor.
10. 7. 8. 9. exemplo sunt et filii Jude. Pet. 35. 7. 10. pater et exem-
plo Abdalon 2 Reg. 18. 14. deinde 2 Reg. 24. exemplum Davidis

cui opus data est eligere vitæ spatium, posterum, bellum, quod opus certe probat terminum vitæ fixum non ee, si enim certo decrevisset Deus omnes circumstantias mortis, opus data non finisset, patet & et exemplis terminum vitæ non ee immutabilem.

Objectio. Job. 14.5. Hoc in loco nihil est quod contra nos probaret, & nihil aliud est quam quod terminum constituit, qui vitare potest. Deinde potest ee certus de brevitate vitæ humanæ, & ut illic terminus est in Dei & non hominum potestate, cum prolongare, inde comparatur floribus & aliis caducis.

Ita in loco quem ex Psal. 38. 6. 39. 6. dicunt nihil est: Mensurabiles posuisti dies terminum posuisti, non quod hic loco, hac hora constituisse mensuram vitæ. Objectio. Deus præscit horam, modum mortis, & illo terminus vitæ virtute prolongari, vito abbreviari non potest. R. Dicimus quod scientia rebus non inferat necessitatem, & scientia non statim præsupponit decretum, plura enim Deus scit quam decrevit, & quem admodum rebus præteritis nullam scientia infert necessitatem, ita neq; futuris. Dices: Deus certo præscit. & non potest mutari. R. Ita est, quia primum præscit quale vitæ genus quisque electurus, præscit inclinationes, ex quibus regnat brevitas vitæ vel longævitas, sed illud vitæ genus a se deponendo, vi vitæ pietatis operum dei, præteritis horam prolongare, vim minus abbreviare. Ex his ergo sententia nostra est, quod Deus decreto æterno vitæ nostræ terminum non posuit fixum, ut nullus habeat respectus pietatis & impietatis, vel prioris rationis vitæ nostræ terminum immobilis.

De Prædestinatione.

§. 1. Reformati dicunt Deum ab æterno elegisse quosdam ad salu-

3

MS 125

salutem, quosdam reprobasse ad damnationem absq; ullo operum respectu. Vnitt. sic sentiunt. Datur Vniversalis Prædestinatio talis quæ est Divinæ Voluntatis propositum ab æterno factum, quo Deus ex mero beneplacito in Filio salvare constituit omnes qui acta pœnitentia in Christum credunt, et ad finem usq; perseverant, ita ut Beneplacitum sit causa Prægumena, fundamentum sit Christus, causa finis gratia non fides et opera nra. Et hinc Reformati dicunt Fidem et obedientiam Electionis ad gloriam non conditionem antecedentem, sed fructum subsequentem, a Deo effectum. Vnitt. dicunt: Nullum inter Electos ad gloriam considerandum, nisi fide et obedientia, ut conditione Electis necessaria, præditum.

Antequam de Prædestinatione agerimus terminii hujus Aphorismi sunt explicandi. Vox Prædestinationis Græce προορισμος aliquot vicibus in S. Sacra occurrit. Rom. 8. 29 30. Eph. 1. 5. 11. 1 Cor. 2. 7. ex tamen prædestinationis usquam hic significat decretum prædestinationis de salute et damnatione hominum. Significat ergo decretum Creationis, ad beneficia in Evangelio contenta, ita ut Prædestinatio in S. Sacra usquam in se includit Reprobationem, sed tantum mere propositum Dei salvandi homines. Verum cum Deus fecit decretum vocare homines ad gratiam Evangelii, fecit etiam Decretum de salute et damnatione hominum, unde communiter apud Theologos in Salut. quod Prædestinatio seu illud propositum de salute et damnatione hominum, quod S. Sacra do non extendat, ac proinde nos loquimur etiam cum Theologis, quia cum ipsis nobis res est. Intelligimus itaq; per

per Prædestinationem generale Dei decretum quo Deus constituit credentes in Christo salvare, infideles damnare.

Causa Prægumena alias Impulsiva, est quæ intrinsece eum impellit ad aliquid agendum. Sic hujus Prædestinationis Causa Prægumena est Beneplacitum Dei, & tantum a Voluntate Dei dependet, quia nulla est necessitas, quæ ad hoc Decretum impulisset. Deinde Deus istam gratiam fecit cum peccatoribus 2 Tim. 1.9.10. Atqui peccatores Deum non impellunt. &c. Est etenim gratia divina quod talia media salutis fidem & obedientiam in hoc negotio salutis acceptet, ea vera nobiscum agat ac cum electis V.T. & ex his patet Causam Prægumenam ergo Beneplacitum Dei, patet & hoc Decretum appellari legem quendam Dei Universalis.

Quia vero in Prædestinatione respiciat Deus homines fideles tanquam Christo, v. infideles, & per Christum confert salutem, quia non est finis Christo salus Act. 4. 12. & Christus est finis dominetur hujus Prædestinationis. Matt. 16. 16. Joh. 3. 16. 36. c. 6. 40.

Causa finis quia non est conditio ad agendum necessaria, sed tale requisitum in agente finis quia agens agere non valet, & talis conditio quam Deus requirit ad salutem est fides & bona opera.

Est autem in hoc aphorismo etiam Electionis, Eligere et separare vel segregare rem vel personam ab alio, ~~ad aliquid privilegium quo alio carent~~. Finis itaque in S. Sacra Electio significat actualem aliquem segregationem ad aliquid privilegium quo alii carent, vide exempla Deut. 7. 6. Act. 2. Luc. 6. 13. Rom. 9.

Electio in salutis negotio alia est ad Gratiam alia ad Gloriam, istæ phrases et Voces S. Sacræ sunt ignotæ, sensus tamen est S. Sacræ.

Electio ad Gratiam alias vocata Electio Antecedens quæ est

MS 125

est vocatio Divina per Evangelium
Dices: Hæc vocatio ad gratiam
particularis et singularis per quam
quia Deus omnibus offert. R
gnandi ad credendum &c.
sine ex statu nisi quo ad aliquem
to. & statum dijungunt.
Electio ad Gloriam alias
dicit Antecedens, quia antecedit
sequitur nostra opera, Et hæc
quantio fidelium ab infidelibus
in S. Sacra simpliciter vocantur Elec
Matt. 22. 14. 2 Tim. 2. 10. Apoc. 17
Nota itaq; de utraq; Electione
Facta ab æterno, sed in tempore
salutem, & post quæ credidernt in
Est Electio ad Gratiam fidei
et non regni, quia creati ad Gra
ne, et sic fides non est effectus
sanctus. Sed Electio
et bona opera, tanquam cau
Nota. Electionis ad Gratiam
Electionis autem Gloriam ob
quia Deus non nisi fideles ad
Rom. 10. 9. Matt. 5. 20. Luc. 13.
Hic ad de, quando nobis ca
de Electione, est præcipue de
electis

MS 125

est vocatio Divina per Evangelium ad participationem salutis.

Dices: Hæc vocatio ad gratiam non est Electio, quia Electio est particularis et singularis personæ oblatio vero gratiæ Vitæ salis, quia Deus omnibus offert. R. Imo est electio, quia tunc homines separantur ad serviendum Deo. 1 Cor. 1. 27. Est etiam electio, quia tunc ex statu vitiosi ad aliquod privilegium separantur 1 Pet. 2. 9. 10. e statum dignum.

Electio ad Gloriam alias vocat Electio Consequens. Illa dicit Antecedens, quia antecedit nostra opera, hæc Consequens, quia sequitur nostra opera, Et hæc electio ad Gloriam est actualis tota gestatio fidelium ab infidelibus ad aliquod officium, et tales in S. Sacra simplicitate vocantur Electi 1 Thes. 1. 4. Rom. 8. 33. Col. 3. 12. Matt. 22. 14. 2 Tim. 2. 10. Apoc. 17. 14.

1. Nota itaq; de ultraq; Electione, quod neutra fiat electionem facta ab æterno, sed in tempore, nam Deus in tempore vocat ad salutem, et postea credentes in tempore electi sunt ex verba infidelium.

2. Nor Electionem ad Gratiam fides non præcedit, sed potest sequi et non sequi, quia vocati ad Gratiam possunt annuere vel temnere, et sic fides non est effectus necessarius electionis, d. fructus spontaneus. Sed Electionem ad Gloriam præcedunt fides et bona opera, tanquam conditiones prærequisitæ.

3. Nota. Electionis ad Gratiam objectum est homo infidelis. Electionis autem Gloriam objectum est homo fidelis, gratia quia Deus non nisi fideles vult salvare. Joh. 6. 40. C. 8. 24. Rom. 10. 9. Matt. 5. 20. Luc. 13. 3. 5. Rom. 8. 13. Hæc de Terminis

His adde, quando nobis controversia mota cedit cum Reform. de Electione, est præcipue de Electione ad Gloriam, nam alia electio vocatio magis Officii

MS 125

Inter ipsos Reformatos, apud quos Prædestinatio nunc questio est de objecto Prædestinationis? An sit objectum Prædestinationis homo creatus & lapsus, an homo creabilis & labilis?

Quidam Reformatorum actus Prædestinationis incipiunt a creatione v. lapsu hominis, & hi vocantur Sublapsarii v. Infralapsarii, quia a lapsu incipiunt Decretum Prædestinationis, ita enim existimant quod lapsus Prædestinationem præcesserit.

Alii nituntur a priore Dei, quid Deus intendat, nempe manifestationem suæ gloriæ & tales vocantur Supralapsarii, quia hi ante ~~Praedestinationem~~ lapsum existimant factam fuisse Prædestinationem.

Summa ergo Prædestinationis quam asserunt Reformati hæc quod Deus ab æterno immutabili Decreto constituit de singulis hominibus quosdam salvandi, & quosdam damnandi, nulla habita ratione fidei & obedientiæ. Illud vero Decretum quo Deus homines voluit salvare vocant Electionem, quo autem voluit damnare vocant Reprobationem; & has duas partes vocant Prædestinationis.

Hæc sententia nobis non placet, nam si Deus omnibus offert gratiam & salutem, nullum gratia & salute excludit, deq; enim hypothesis tribui non potest. At quod Deus omnibus obtulit salutem 1 Tim. 4. 10. Tit. 2. 11. Act. 13. 47. Esa. 49. 10. Deus non vult mortem peccatoris. Ezech. 18. 23. & antea non desistit aliquem ad mortem. Confer. 1 Tim. 2. 4. 2 Pet. 3. 9. 1 Tim. 2. 6. 2 Cor. 5. 15. 1 Joh. 2. 2. & gratia omnibus est oblata.

Excipis: Offert Deus gratiam ut moveat nostri officii, & deinde ut homines sint inexcusabiles. R. Ubi gratia nihil valet

MS 125

valeat ibi nullum est officium, sed Reprobis officia mutare ut bona opera faciant non est, quia cum illis prædistinxit ad mortem & destituit viribus. Et quare sint in excusabiles, atqui illos impotentia excusat, quia ~~impossibilia nemo obligatur. Divus~~ Deus ~~illos~~ derelict ad mortem. Deinde an propterea ~~sunt~~ inexcusabiles reddendi quia non possunt credere, quia ad impossibilia nemo obligatur.

Dicimus itaq; nos hanc Doctrinam præfectionibus Divinis derogare, pietati impedimento esse. Derogat sanctitati & justitiæ Dei ut unum electum damnet, auxilium neget, ejus præcepta quæ non possunt facere id quod mandat ipsis, repugnat velle peccatum, quod ex hac sententia videri segui. Cui enim vult finem, vult etiam media, Deus vult finem ut damnandi damnandi, & vult media ut sint improbi. Finis & vult peccatum. Finis bonitas conciliat bonitatem mediis, finis conciliat mediis amabilitatem, & si Deus quos damnare vult damnare nulla habita ratione fidei & operum & vult peccata. Non enim vult sanctitatem Divinam a Reprobis sub comminatione mortis fidem & obedientiam exigere quia ea non ex bene agere. Dicimus a priori habent suam mensuram, & quæ quidagunt jam damnabiliter, ejus præsent bonum agere Deus nollet quia jam reprobavit. Cui bono Deus comminatus est Reprobis, Ubi enim est promissio & comminatio ibi est libertas ad oppositia, atqui Reprobi non habent libertatem ad oppositia. &c. Dices: Non sunt veræ comminationes sed tantum enunciationes. R. Sic est, est etiam hæc Objectio enunciatio sed hoc sensu, sed Deus talis non est ut tales enunciationes nudas det, sed effectum cum sensu. Objectio. 4 Reprobis Deus promittit præcidens quia negat Electis? &c.

atio nisi quæstio est
tum Prædestinationis
lis & labilis?
incipiunt a Creatione
v. Infra Lapsarii,
ationis, ita enim ex.
cessit.
tendent, nempe mi.
Infralapsarii, qui
rum sciste Prædestina.
unt Reprobi hæc
astituit de singulis ho.
n neant, nulla habita
retum quæ Deus homine
uten velint damnare
ctis præsent Prædestina.
si Deus omnibus offert
excludit, Deus enim ho-
minibus obtulit salutem
o. Deus non vult mo.
destinavit aliquem
Tim. 2. 6. 2 Cor. 5. 15. 1 Joh.
eat nostri officii, &
R. Ubi Deus nihil
valeat

Quaro, unde scis quod per accidens promittat, & mandata ad Electos magis quam ad Reprobos petricant.

Justitiæ erani Divinæ repugnat unicuiq; damnare, nec permittit justitia ut unicuiq; sub ratione nocentem destruat, quia ipsi innocentes ō potuerunt sicri nocentes quia Deus ad hoc determinavit. Justitia non est aliquem ad malum determinare, vrel ad bonum denegare, & punire.

Repugnat etiam Bonitati divinæ & misericordiæ Divinæ, quæ enim bonitas ni Deo aliqui plus malignum velle dare? quis damnet aliquem velle perire? Deus vult Reprobos perire, quia iprosodit, quem enim quis odit parisse cupit. Quæ ibi misericordia? quæ erain indignis beneficiat, tantum abest ut beneficium damnet, Ais: Facit propterea ut demonstret misericordiam. R. Ladere aliquem ut sanet non est misericordia, tanto magis ladere ut moriatur. Dis: Facit tamen in Electis misericordiam? Dato sed non antecessit quod hic fit misericordia, major tamen severitas quam misericordia, quia plus est Reprobi quam Electi. Nec Electi & misericordia salvantur, d. & beneplacito, quia misericordia præsupponit ipso iam miserum. Dequi ex hypothesi ipsos Electi non possunt peccare. Ergo & misericordia non salvantur.

De Prædestinatione quæ Reformatis propria est videmus quod eadem Doctrina erestat perfectioni Divinæ, iisdemq; repugnet, pietati autem impedimento sit. Duæ enim sunt pestes præcipuæ pietatis scilicet securitas & desperatio, sunt tales pestes pietatis, quæ omnem aptam natam sunt extinguere pietatem, prisca vero Doctrina Prædestinationis, tum securitati, tum desperatio locum habebit.

Sumitur

MS 125

Securitas in Electis, erunt enim securi de statu, nec amplius erunt solliciti in negotio pietatis: Desperatio prodeat in Reprobis, quia quicquid agerent inutilis est eorum conatus. Electis necessarium non est ut cv. peccatum metuant, vel ut de peccato commisso doleant, Peccatum mortale non possunt, quia Deus efficit in ipsis fidem; nec commissum dolere, quia Electi semel prædestinati sunt, et quicquid egerint id accidet quod Deus semel definivit. Et in Reprobis consequens necessarium est Desperatio, illi enim non amplius sperabunt, quia Deus decrevit de illorum damnatione, sublata vero spe et fide, nullus locus est obedientiæ et gratitudini, cui enim bono aliquis ipsi obediat, a quo nihil sperare potest, et cui illi gratitudinem præster a quo plus mali quam boni accepit, plus enim refert in æternum torqueri quam per aliquot annos bene esse. Et Doctrina Prædest. impedimento est pietati.

Dices: Non omnibus constat Prædestinationis arcanum. Et Prædest. ō producet securitatem et desperationem. R. Dato, non constet, constat tamen de hoc Dilemmate. Aut sum Electus aut Reprobus. Si sum Electus, non possum perire, quia Deus in me efficit fidem. Si sum Reprobus. Frustra est omnis meus conatus, quia necessarium definitum est quicquam sceleribus te astringant, et quin damnentur pietati, frustraneus n. est ille conatus qui in illis rebus quæ fine nostra cura necessario eveniunt, aut si non eveniunt nullâ curâ evenire possunt, et hic in nullo est Religio, quia omnis Religio est spontanea, hic vero non datur spontaneitas, quia et voluntatibus et scientibus fit, et hic proinde nullus erit cultus, precumve studium.

Dices: Deus tamen non dat salutem nisi precibus, R. Bene, et iam Deus hoc in nobis efficit. Dices: Videmus tamen quod hæc doctrina prædest. multi pie vivant, et non est impedimento pietati? R. Si pie vivant id non fit vi Doctrinæ sed per accidens, et ex singulari Dei gratia, vi enim hujus Doctrinæ nulla pietas regnat,

et si hujus Doctrinæ Patroni piè vivant sane illud praxi dubiam reddit hanc theoriam, Vix enim persuadere possumus nos ille qui bene vivit, persuasus sit de veritate hujus Doctrinæ

Objectio contra tractatus dicta, quod dicunt in S. Sacra quosdam electi ad vitam, alios reprobati ad damnationem. Et sic tales Prædestinati assumunt loca in quibus putant quosdam electos ee ad vitam. Rom. 8. 28. 29. 30. Act. 13/48. Eph. 1. 4. Reprobos vero ad damnationem putant tribui in locis. Prov. 16. 4. 1 Pet. 2. 7. 8. Jud. 4. Matt. 13. 11. in quo ultimo loco putant tribui Electionem et Reprobationem.

1. loc. De his singillatim, et primum ex citatis locum ad Rom. 8. 28. 29. Quod est catena salutis nostræ, in qua maxime delectant Reformati, sed nihil omnino ibi habent quam Prædestinationem.

1. Ut itaque hic locus melius intelligatur Nota 1mo. quod ipsius ipsissimum verbum et eodem capite consolari afflictos, postea vero doctrina Prædestinationis nulla fieret consolatio, nam postea fideles electos, dicit v. 28. diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum. Atqui nullus novit se ee electum. Ergo nullus habebit locum consolari.

